

Fra Wincenty Kadłubeks *Chronica Polonorum*, prologen

1. Tres tribus ex causis theatrales ode-  
runt sollennitates: primi nomen Codrus, se-  
cundi Alcibiades, tertii Diogenes. Codrus,  
quia pauper et pannosus habitu, secundus,  
quia specie perinsignis, tertius, quia et mo-  
rum venustate conspicuus et animi erat gra-  
vitate fecundus. Primus, ne ridiculam per  
se pauperiem omnium exponeret ridiculo;  
secundus, ne fascini exciperet in se pericu-  
lum; tertius, ne castissimam prudentiae ma-  
iestatem scurrili prostitueret incestui. Ma-  
luit enim Codrus aliorum sibi subtrahere  
spectacula quam de se aliis despicabile prae-  
bere spectaculum; quia nullum est inter pur-  
puras et pannositatem sodalitiū foedus. Ele-  
git et Alcibiades potius domi delitescere in-  
glorius quam formae dispendio de forma  
gloriarī; quia nihil tam naturaliter est con-  
spicuum, quod lippientis oculis noen fascina-  
retur invidiae. Rursus censuit Diogenes  
vulgi consortia dedignari per prudentiam;  
quia satius est solitudine venerari quam fa-  
miliaritate contemni.

2. At huius quidem pagellae rudis maci-  
es, ieiuna ruditas ab Alcibiadis est curiosi-  
tate secreta. Superstitiosus enim est fascini  
timor, nec habet deformis, quod de formae  
existimatione perdat. Sed nec Diogenis nos,  
licet divina, urget sententia, quibus nec stil-  
lantis guttulam gratiolae prudentia indulsit.

1. Tre hatet av trende grunner teaterfester: den  
førstes navn var Codrus, den annens Alcibiades og  
den tredjes Diogenes. Codrus fordi han var fattig  
og kledd i filler, den annen fordi han var over all  
måte statelig å skue, og den tredje fordi han utmer-  
ket seg ved sine seders renhet og tillike var rik på  
forstand. Den første for ikke å utlevere fattigdom-  
men, som i seg selv er latterlig, til alles latter, den  
annen for ikke å utsette seg selv for trolldom, og  
den tredje for ikke å falby klokskapens kyske ma-  
jestet til bajasfaktors utukt. Codrus foretrakk altså  
å unndra seg synet av andre heller enn selv å væ-  
re et ynkelig syn, for mellom purpur og pjalter gis  
der intet forbrødringens forbund. Også Alcibiades  
valgte heller å skjule seg upriset hjemme enn ved  
sin skjønnhets prisgivelse å høste skjønnhetens pris,  
for intet er fra naturens hånd så iøynefallende at det  
ikke kan kastes trolldom over det av rinnende øynes  
avind. Og endelig holdt Diogenes det for klokt å slå  
vrak på mengdens omgang, ettersom det er bedre å  
nyte heder i ensomhet enn å bli foraktet i innpåsliten  
fortrolighet.

2. Men denne lille boks karrige klumpethet kan  
føle seg trygg for den nysgjerrighet som Alcibi-  
ades fryktet. Ti redselen for trolldom utspringer  
av overtro, og ei heller har den uskjønne noe å  
forlise ved skjønnhetens bedømmelse. Heller ikke  
Diogenes' mening, den være seg aldri så guddom-  
melig, angår oss, som av klokskapen ikke er blitt  
forunt den aller minste dråpe av dens yndests gunst.

Codri dumtaxat, Codri territamur imagine, quum publicis assidentium exposita insidiis nostra tenuitas nec etiam pannosum, quo pudori consuleret, habeat amiculum. Non enim adolescentularum inter musas collascivire choris Diones, sed sacri senatus assistere tenemur suggestui, non ut umbratiles palustrium caneremus arundines, sed aureas patriae columnas. Non puppas fictiles, sed veras patrum effigies de sinu oblivionis, de ebore antiquissimo iubemur excidere – immo divinae lampades lucis in arce regia arcessimur appendere et bellicis inter haec insudare tumultibus.

3. Sed aliud est, quod incircumspectione praecipiti, quod ostentationis libidine, quod quaestus esurie praesumitur, et aliud, quod imperatrix obsequelae, necessitas, infligit. Non enim ea me scribendi cacoëthes exagitat, non ea gloriolae instimulat ambitio, non Lucelli rabies inflammat, ut post toties vix enata laborum naufragia rursus in eisdem delecter syrtibus naufragari. Non nisi namque asini palato pro lactucis sapit carduus, nec nisi prorsus insipiens suavitate capitur insipida.

4. Sed iniusta est iustae praeceptionis declinatio. Intellexit nimirum strenuissimus principum, omnimodae strenuitatis experimenta, omnimoda honestatis insignia ex maiorum exemplaribus velut ex quibusdam speculis resultare. Certius siquidem iter carpitur duce praevio, luce praeambula, et venustior est effigies morum, quam vetustas praefigurat exemplaribus velut ex quibusdam speculis resultare.

Codri, ene og alene Codri eksempel er det som skremmer oss når vi ser vår ynkelighet utlevert til offentlige forsamlings renker, uten å eie så meget som som en fille å dekke vår skam med. For istedenfor å tumle oss kåte sammen med musene i Diones kor av ungpiker, skal vi ta plass på senatets opphøyede stade for å besyngne ikke fredelige, sivomkransede sjøer, men fedrelandets gylne søyler. Ikke lerdukker, men virkelige forfedreportreter befaler man oss å skjære frem av glemselens skjød, av eldgammelt elfenben – eller rettere sagt: lamper av guddommelig lys er det vi kalles til å henge opp i det kongelige slott, samtidig som vi svette i krigens tummel.

3. Dog ett er hva man påtar seg i forhastet ubetensksomhet, drevet av lyst til å vise seg eller av begjær etter vinning, noe annet hva som pålegges en av nødvendigheten, lydighetens herskerinne. For så forblindet er jeg ikke av skrivekløe, så oppsatt på en fjær i hatten, så oppflammet av ussel vinnesyke at jeg, etter så titt å ha utstått havets gjenvordigheter, atter en gang skulle trakte etter å forlise på de samme skjær. Ti bare et asens gane finner større behag i tistler enn i salat, og bare den tvers igjennom dåraktige lar seg dåre av flau sødme.

4. Men å avslå en rimelig befaling er urimelig. For den mest dådrike av fyrster innså at alle beviser på dådskraft, alle hederlighetens kjennetegn utspringer av forfedrenes forbilde, liksom av et slags speil. Med større trygghet gir man seg på vei når en fører går i spissen eller et lys skriker foran, og skjønnere avtegner sed og skikk seg når de forutbetegnes ved fordums forbilder.

Avitarum itaque virtutum posteris dilargiens participium, mihi scriptori calamo fragili ac si arundineo humeris pygmaeis onus imposuit Atlanteum, non alia forte persuasus ratione, nisi quod auri rutilantia, quod gemmarum nitor artificis ruditate non vilescit, sicut et sidera, taeterrimis Aethiopia demonstrata digitis, non furvescunt. Nec subtilis esse artificis, si ferrum purgatur a rubigine, si aurum eliquatur a scoria. Quia igitur stultum est luctari cum onere, quod declinari non potest, enitar pro viribus, dummodo me talium consecetur comitiva, qui huius auspiciū itineris dulci corculo confoveant; qui et casum in praecipiti et lapsum non mirentur in lubrico; quorum aggratulatione socia nec onus sit oneri nec dispendium videatur dispendio. In via enim iocunda societas est viae vehiculum. Illud denique apud omnes precor esse impetratum, ne omnibus passim de nobis detur iudicium sed eis dumtaxat, quos ingenii elegantia vel urbanitatis commendat claritudo: ne cui nos prius liceat despiciere quam per diligentissime dispexisse. Non enim sapit zingiber, nisi masticatum, nec est aliud, quod in transitu delectet; sed est incivile, re inperspecta, de re iudicare. Qui ergo parce laudat, parcus vituperet.

Derfor, for å gjøre ettertiden delaktig i forfedrenes dyder, la han på denne forfatter, hvis penn er svak som et siv, på mine pygméaktige skuldre, en byrde som var en Atlas verdig, visselig i den forvissning at gullets glans og edelstenenes glitter like lite forringes ved håndverkernes klossethet som himmelens stjerner formørkes ved at etioperne peker på dem med sine fæle fingre. Ei heller trenges synderlig kunst og snille for å rense jernet for rust og smelte gullet rent for slagg. Ettersom det altså er tåpelig å motsette seg en byrde som umulig kan avslås, vil jeg legge meg i selen og gjøre mitt beste, så lenge jeg ledsages av menn som med hjertens velvilje står meg bi på den vandring jeg har påbegynt – menn som ikke undres om jeg snubler i bratte motbakker eller glir på glattisen, menn hvis kvegende selskap gjør at byrden taper sin tyngde og strevet ikke lenger synes strevsomt. For på reise er behagelig følge den beste skyss. Endelig ber jeg alle om én ting, nemlig at det ikke må stå hvem som helst fritt ved enhver anledning å dømme om vårt verk, men bare dem som utmerker seg ved lysende forstand eller utsøkt dannelses, og likeledes at ingen må få forakte oss før han med største grundighet har studert oss. For ingefæren smaker først når den tygges, og ei heller gis der noe annet som fryder uten at man skjenker det sin oppmerksomhet. Men å dømme om noe uten å ha satt seg inn i det er uhøvisk ferd. La derfor den som er sparsom i sin ros, spare enda mer på sin daddel.

Fra Wincenty Kadłubeks *Chronica Polonorum*, begynnelsen til 1. bok

1. Fuit, fuit quondam in hac republica virtus, quam velut quaedam coeli luminaria non scripturae quidem membranulis, sed clarissimis gestorum radiis patres conscripti illustrare. Non enim plebei aborigines, non vendicariae illis principatae sunt potestates, sed principes succedanei, quorum serenitas, licet nube ignorantiae obducta videatur, mira tamen rutilantia rutilavit, quae tot saeculorum tempestatibus exstingui non potuit. Memini siquidem collocutionis mutuae virorum illustrium, quorum tanto fidelior est recordatio, quanto celebrior viget auctoritas. Disputabant enim Iohannes et Matthaëus, ambo grandaevi, ambo sententiis graves, de huius reipublicae origine, progressu et consummatione. Cum Iohannes «quaeso,» inquit, «mi Matthaëe, sub quonam conceptam existimabimus nostrarum constitutionum infantiam? Nos enim hodierni sumus nec ulla hesternitatis est in nobis cana scientia.»

Matthaëus: «Scis, quod in antiquis est sapientia et in multo tempore prudentia; me vero in hac parte infantulum fateor, ut etiam, utrum huius instantis simplex aliqua processerit portiuncula, prorsus non noverim. Quod tamen perveridica maiorum narratione condidici, non silebo.

Narrabat itaque grandis natu quidam, infinitissimae numerositatis manum quondam hic viguisse, apud quos tanti regni immensitas vix unius iugis meruit aestimatione censi.

1. Der fantes, ja der fantes fordom i denne *res publica* ypperlighet og edelsinn, som *patres conscripti*, lik himmelens stjerner, belyste ikke med pergamentblads skrift, men med navnkundige bedrifters glans. For over dem hersket ikke plebeieres ætlinger eller myndigheter som var til fals, men arvefyrster, hvis æverdighets skinn, om det enn tykkes hyllet i vankundighets mulm, dog rødmer med et forunderlig rødskjær, som så mange århundrers stormer ikke har formådd å slukke. En samtale mellom fornemme menn rinner meg i hu – en samtale som står så meget klarere for erindringen som deres anseelse lever med usvekket styrke. For i samtalen deltok Johannes og Matthaëus, begge høyt bedagede, begge fylt av vektige tanker om denne stats opprinnelse, vekst og fullbyrdelse. Da sa Johannes: «Jeg spør deg, Matthaëus, under hvem skal vi anta at våre innretninger tok sin begynnelse? For vi er av i dag, og ingen grånet viten om gårdsdagen finnes i oss.»

Matthaëus svarte: «Du vet at de gamle har visdom, og at et langt liv gir klokskap. Men i så måte må jeg medgi at jeg er som et spedbarn, så jeg ikke engang vet om det forut for denne nutid er gått bare en stakket stund. Imidlertid – hva jeg av forfedrenes sikre frasagn har erfart, det vil jeg ingenlunde fortie.

En olding fortalte altså at der her en gang levde en myldrende mengde mennesker, som aktet dette veldige rikes umåtelighet jevngod med knapt en tønne land.

Adeo illos non dominandi ambitus, non habendi urgebat libido, sed adultae robur animositatis exercebat, ut praeter magnanimitatem nihil magni aestimarent, ut suarum accessiones virtutum nullis usque terminis limitarent. Nec enim essent virtutes, si ullis dignarentur limitum ergastulis includi. Hi enim transfinitorum fines suae titulis victoriae asculpserunt. Non solum enim cismarinas undique nationes, sed etiam Danomarchicas insulas suae coniecerant dicioni. Quarum non invalidas legiones prius navalibus fudere proeliis, deinde intimis insularum praecordiis infusi omnem clientulorum subiciunt nationem, rege quoque ipsorum Canuto in vincula coniecto. Quibus duorum data est optio: vel vectigales perpetuo recognoscant sponiones, vel cum mulieribus indifferentes habitu comas muliebriter enutrient – argumentum scilicet imbecillitatis femineae. Illi dum altercantur de altero, utrumque suscipere coguntur.»

Iohannes: «Minor tamen erat obsequelae recognitio quam ignominiae cauterium. Prudentius enim famae consulitur quam parcity divitiis. Divitiae siquidem infamia possessae nomen divitiarum demerentur.»

Så lite lå de under for maktlyst og havepsyke at de, drevet av det modne manns mots styrke, alene betraktet storsinn som noe stort, og aldri begrenset sine dyders vekst med noen stengsler. For hadde disse latt seg innesperre i stengsleres fengsel, ville de ikke vært dyder. Til sine ærefulle seire kunne de også regne triumfer over land hinsides egne landemerker. For de undertvang ikke bare alle folkeslag på denne side av havet, men underla seg også de danomarchiske øyer, hvis ikke ubetydelige styrker de slo i sjøslag, hvoretter de trengte inn i det indre farvann mellom øyene og gjorde hele folket til sine tjenere, idet de endog lot deres konge, Canutus, smi i lenker. De overvunne fikk valget mellom enten å erkjenne seg skattskyldige for all fremtid, eller også, kledd i kvinneklær, å la håret vokse på kvinnfolkvis, noe som er et tegn på kvinnelig svakhet. Mens de stredes om hva de skulle velge, ble de nødt til å finne seg i begge deler.»

Johannes: «Og dog var det et mindre onde å erkjenne seg undertvunget enn å bære forsmedelsens brennemerke. Ti det er fornuftigere å ta vare på sitt rykte enn på sitt gods, ettersom rikdom som eies med vanære, ikke fortjener å kalles rikdom.»

Fra Wincenty Kadłubeks *Chronica Polonorum*, begynnelsen til 1. bok

Matthaeus: «Extunc in oleastrum olea, et favus versus est in absinthium. Inter misso namque studio virtutum, Boleslaus bellum in suos ab hostibus transtulit; fingit, illos non iniurias in plebe ulcisci, sed regiam in rege persequi maiestatem. Nam plebe remota, rex quid erit? Ait, non placere sibi viros uxorios, quibus plus causa placeat feminea quam principis obsequela. Queritur, se non tam apud hostes ab ipsis desertum quam hostibus ultro expositum. Proinde praecipuos capitis accersit, et quos aperte non potest aggredi, insidiis aggreditur. Mulieres quoque, quibus mariti pepercerant, tanta insectatus est immanitate, ut ad earum ubera catulos applicare non horruerit, infantulis abiectis, quibus etiam hostis pepercisset. Astruebat enim, extirpari oportere scortorum scandala, non foveri. Quem sacerrimus Cracoviensium pontifex Stanislaus ab hac truculentia quum revocare non posset, prius illi regni comminatur excidium, tandem anathematis gladium intentat. At ille, ut erat in arcum versus pravum, immaniore induitur vesania, quia lignorum tortuosa facilius frangi possunt quam dirigi. Itaque prope aram, inter infulas, non ordinis, non loci, non temporis inspecta reverentia, corripit iubet antistitem. Ad quem satellites atrocissimi quoties irruere tentant, toties compuncti, toties prostrati mansuescunt.

Matthaeus: «Fra da av ble olivenen forvandlet til oleaster og honningen til malurt. For Boleslaw oppgav å dyrke rettferd og sømmelighet, og gikk over fra å føre krig mot fienden til å krige mot sine egne. Han foregav at de ikke hevnet (sin) urett på almuen, men i kongens person angrep kongedømmets majestet. For hvis almuen blir borte, hva er vel kongen da? Han sa seg mislike hustrukjære menn, fordi de var mer oppsatt på å tekkes fruentimmer enn på å adlyde sin hersker, og klaget over at han ikke så meget var blitt latt i stikken av dem, ansikt til ansikt med fienden, som med vitende og vilje gitt i fiendens vold. Derfor krevde han stormennes hode, og dem han ikke åpenlyst kunne ramme, rammet han med svik. Også kvinner som var blitt skånet av sine ektemenn, forfulgte han med så stor umenneskelighet at han ikke vek tilbake for å rive spedbarna, som selv en fiende ville vist skånsel, fra deres bryster og legge hvalper der isteden. Han hevdet nemlig at utuktens anstøt burde utrykkes, ikke oppmuntres. Da den gudhengivne biskop Stanislaw av Kraków ikke greide å avholde ham fra den slags grusomheter, truet han ham først med rikets undergang, og slo ham så med bannlysningens sverd. Men Boleslaw fortsatte på den onde vei han hadde slått inn på, og henfalt i et stadig frykteligere vanvidd, ti et bøyet tre lar seg lettere brette enn rette opp. Uten å akte hverken på stand eller tid eller sted befaler han så at biskopen skal gripes foran alteret, i fullt ornat. Men hver gang hans bøddelknekter forsøker å styrte frem, blir de støtt tilbake og slått til jorden, inntil de spakner.

Quos tyrannus indignatissime obiurgans, ipse manus iniicit sacrilegas, ipse sponsum e gremio sponsae, pastorem ab ovili abstrahit, ipse patrem in filiae amplexibus et filium in maternis paene visceribus obtruncat. O luctuosum! o transfunebre funeris spectaculum! Sanctum profanus, pium sceleratus, praesulem sacrilegus, cruentissimus innoxium membratim discerpit, singulos artus per minutissime dissecans, quasi a singulis membrorum partibus poena exigi debuisset.

Totus autem stupore, totus quadam horripilatione dirigui, ut vix mente concipere, nedum lingua, nedum calamo possim exprimere haec in sancto Salvatoris magnalia; succumbit enim dicendis intellectus, intellectui sermo, et rem, ut est, verba non explicant. E quattuor namque mundi partibus quattuor advolare visae sunt aquilae, quae sublimius locum passionis circinando vultures aliasque sanguipetas alites a contactu martyris abigerent. Cuius in custodelae reverentia pervigiles diem nocti et noctem diei continuant. Noctem appellem, an diem? Diem potius dixerim quam noctem. Haec enim altera nox est, de qua scriptum est: «Et nox sicut dies illuminabitur.» Mirae siquidem rutilantiae tot in singulis locis divinae fulserunt lampades, quot sacri corporis dispersa sunt minuta; ut ipsum coelum suum ornatum, suam terrae gloriam videretur invidisse, quam quorundam decore siderum et quibusdam putares solis radiis distinctam.

Da skjeller tyrannen dem ut med de verste ukvemsord og legger selv sine vanhellige hender på ham, river selv brudgommen ut av brudens favn og hyrden vekk fra hjorden. Egenhendig dreper han faren i datterens armer, og sønnen likesom i mors liv. Hvilket sørgelig, hvilket usigelig gruffullt dødens skue! En helgen blir sønderflenget av en hedning, en gudsmann av en niding, en sakesløs biskop av en blodtørstig tempelskjender, som hakker hans lemmer i stumper og stykker, liksom for å straffe hver enkelt av hans ledemots deler.

Jeg er lamslått, det er som håret reiser seg på mitt hode, så jeg knapt kan fatte med min tanke, enn si uttrykke med tunge eller penn hvilke under Frelseren lot skje med denne hellige mann. Forstanden må gi tapt for virkeligheten, og talen for forstanden, ti hvordan det virkelig var, lar seg ikke utsi i ord. Fra alle fire verdenshjørner så man nemlig fire ørner komme flyvende og gi seg til å kretse høyt over åstedet for hans martyrium. De jaget gribber og andre blodtørstige rovfugler bort fra martyrens legeme, og voktet det med ærefrykt, mens de våket natt og dag. Skjønt skal jeg kalle denne natt natt? Snarere ville jeg kalle den dag enn natt, for det var en natt som den hvorom det står skrevet «Og natten skal bli klar som dagen». På forskjellige steder tentes nemlig like mange guddommelige, underfullt glitrende lys som der lå sønderhugne deler av hans hellige legeme spredt omkring. Det var så himmelen selv syntes å misunne jorden dens sir og heder, der den lå smykket med stjerneglans og noe man kunne ta for solstråler.

Hac vero miraculi alacritate animati ac zelo devotionis quidam patres accensi sparsas membrorum minutias colligere gestiunt. Pedetentim accedunt, corpus integerrimum, etiam sine cicatricum notamine, reperiunt, tollunt, asportant, apud minorem S. Michaelis basilicam divis conditum aromatibus recondunt.»

Fylt av glede over dette under og besjelet av from iver, trakter enkelte geistlige fedre inderlig etter å samle de adspredte biter av hans lemmer. De nærmer seg skritt for skritt, og finner kroppen hel, ja uten tegn til arr. Da løfter de den opp og bærer den bort, og steder den så, salvet med velluktende olje, til hvile i St. Michaels lille basilika.»